



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

83. An iudex laicus possit exequi suam sententiam contra bona clericorum  
in casibus, de quibus in iudicio sœculari actum est. Ex part. 4. tract. 1.  
resol. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

*Et an laicus effectus Clericus in cibis debet respondere in iudicio, vbi prius citatus est? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 31.*

**§. 1.** **A**ffirmatiuam sententiam docent Doctores,

*Quia hic est Ref. antec. nomen docentes, quibus nunc addo Alther. de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 1. col. 12. & seq. cas. 3. Bonacina in Bull. Cen. tom. 3. disp. 1. q. 16. punt. 5. n. 18. Tambur. de iur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 19. n. 27. vbi citatu. n. 28.*

*Sup. hoc lat. 29. nota, quod Clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, non potest a laico iudice ad illud reddendum cogi, & Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat, non tenetur stare sententia a iudice laico data. Et hac omnia nouissim. post medita. me me ipsum citatus tenet Paulus Squillante de pr. uileg. cler. c. 7. dub. 3. n. 3. & 75. & 82.*

*Sup. contendo in hoc §. vlt. infra in Ref. 106. 2. Notandum est tamen hic a fortiori, non esse tenendam opinionem Gab. Pereira tract. de manu Regia in concordatis Regis Alfonsi IIII. art. 4. n. 38. Barbosa in l. s. quis postea quam ff. de iudiciis. num. 203. & aliorum afferentium de iure esse, ut laicus effectus Clericus in cibis respondeat in iudicio vbi prius citatus est. Sed tu tene contrariam sententiam cum Marta de iuris. cent. 1. cas. 34. n. 14.*

#### RESOL. LXXXI.

*An Ecclesiasticus laicus defuncti in seculari iudicio conueniri possit?*

*Et si Ecclesiasticus Clericus succedens laico possidet rem specialiter hypothecaram, an ratione hypotheca possit conueniri coram iudice seculari? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 21.*

**§. 1.** **A**ffirmatiue respondet Pereira de manu Regia, part. 2. cap. 30. num. 6. quia Clericus haeres laici in proposito proponitur successor laici defuncti, cui nullum priuilegium competit, cunque successoris priuilegium non ad præterita trahi possit, sed ad ea qua subsequuntur, inde fit quod Clericus successor laici item prosequi tenetur, vbi defunctus cui ipse successor, citatus proponitur.

**2.** Sed sententiam negatiuam tenendam esse putato cum Doctoribus, quos ego ipse citavi in 1. part.

*Quia hic est sup. Ref. 79. & in Ref. 80. tract. 2. refol. 24. cui nunc addo iterum Bonacinan in Bull. Cen. disputat. 1. quast. 16. punt. 3. num. 18. qui citat Felinum, Abbatem, Imolam & Rotam Rom. Idem Duardus in Bull. Cen. can. 15. num. 3. Altherius de cens. lib. 5. disputat. 16. cap. 1. col. 12. & seq. cas. Beletus part. 1. disquisit. Cleric. fol. 274. num. 6. Molfesius in confut. Neapolit. part. 2. question. 8. & cum multis aliis, me etiam citato, Paulus Squillante de primi leg. cler. c. 7. num. 58. qui optimam adducit rationem penos ipsum videndam, præter illam, quam ego in citata resolutione addaxi; cui nunc aliam addo, quia cum Clericus non posset coram laico conueniri, si lis nondum inchoata fuisset, vt concedunt aduersarij: ergo neque conueniri poterit lite inchoata. Probo consequentiam, quia præuentio laici iudicis non tribuit ei potestatem, neque potest tribuere aduersus Clericum, nec potest derogare potestati Ecclesiastica.*

*Sup. hoc inf. in Ref. 39.*

**3.** Notandum est etiam hic obiter a fortiori quod si Clericus succedens laico, possidet rem specialiter hypothecaram, ratione hypotheca non potest conueniri coram iudice seculari. Ita docet Antonius de Ropol de iuris. et omn. iudic. cap. 1. n. 192.

#### RESOL. LXXXII.

*An index laicus possit facere realem executionem sententia a se laata, contra Clericum in casibus, in quibus sibi a iure cognito permissa est?*

*Et alia circa hoc inferuntur in corpore huins Resolutio-*

*nis. Ex part. 3. tract. 1. Ref. 4.*

**§. 1.** **A**ffirmatiuam sententiam docet Salgado de potest. Reg. tom. 2. part. 4. cap. 14. n. 96. & alij Sup. hoc in penes ipsum, quia eodem modo, quo cognitio cau- se pertinet ad seculari, ita etiam executio in tem- poralibus debet ad eum pertinere.

**2.** At hac sententia profructus est reicienda, &

*negatiuam sustinem DD. quos adduxi in 1. tract. de immunit. refol. 21. unde bene aduerdit Bellot. in disquis. Cle. sit de favore Clericorum reali, §. 3. n. 3. cum aliis, & infra in Ref. seq. & c.*

*Quia hic est supra Ref. 73. Quia Clericus in causa reconventionis condem- naretur a iudice seculari, tunc executio sententie fit, non per iudicem seculari, sed per iudicem Ecclæsticu, & ideo contra Salgam vbi supra, n. 90. & 91. dato & non concessu, quod index secu- laris possit ordinare depositum, & sequentur esse a Clerico per ipsum electo restituendum, tamen exec- tutionem supradictæ sententie esse a iudice Ecclæstico faciendam omnino afferendum esse censeo, & docent communiter DD.*

*3. Ex his etiam apparet non esse audiendum Vir-*

*billum in add. ad dec. 331. Affidit, & nostrum Giurbam virum amicissimum, & doctuum assertentes rem litigiosam in Clericu lite pendente alienataim, posse ab eo auocari per iudicem laiculam, & in cum di- recto fieri executionem sententia late ab eodem iu- dice. Et ita docet aduersus dictos DD. Vincentius de Franchis dec. 549. num. 11. cum aliis.*

*4. Facit etiam pro doctrina præsentis resolu-*

*tions, id quod norat Genuensis in præ. Archiep. c. 11. & Martha de iuris. p. 4. cent. 2. cas. 104. num. 9. & cas. 123. num. 4. & part. 1. cap. 50. num. 54. vnde caute circa supradicta legendus est noster Don Carolus de Grassis de eff. cler. effect. 1. a n. 791. Guilielmus de Benedictis in cap. Raynati, vers. & xxvorem dec. 2. nu. 147. Trentacinq. 99. foren. lib. 1. quest. 79. caute etiam legendus est Barbosa in l. s. quis posteaquam, ff. de iudiciis, n. 165. vbi ex l. quodam, de iuris. omn. ind. do- cet quod index, qui est competens ad condemnandum, est etiam competens ad exequendum. Sed tu tene nostram sententiam.*

#### RESOL. LXXXIII.

*An index laicus possit exequi suam sententiam contra bona Clericorum in casibus, de quibus in iudicio sa- culari actum est? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 3.*

**§. 1.** **H**oc esse licitum de iure communi docet Pereira de manu Regia part. 2. cap. 51. n. 1. vbi sic ait: Si Clericus in iudicio seculari contra se sententiam reportauerit mandato eiusdem iudicis secularis, in eius bonis fiat executio; quod de iure communi comprobatur. Si ille.

**2.** Sed hoc de iure communi esse illicitum pre- bauit in part. 1. tract. 2. refol. 21. & part. 3. trahit. 11. refol. 4. Ref. 1. citata in hoc textu cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Bonacinan in Bull. Cen. disp. 1. quast. 16. feb. 1. punt. 4. §. 6. Ref. 73. inf. 8. & Paulum Squillante de primi leg. cler. c. 7. Secunda re- dub. 3. num. 74. vbi sic affirmit. Est aduersandum, quod de iure licet in casibus de jure permisis, & vbi vigerit antecedens, consuetudo, reconueniatur Clericus apud iudicem supra in fin. laicum.

# De Immunit. Eccles. Resol. LXXXIV. &c. 139

laicū: attamen si Clericus reconuentus condemnatur ab ipso laico, non potest exequi, nec in rebus Clerici reconuenti, sed ad iudicem Ecclesiasticum pertinet exequitio ad instantiam iudicis laici. Ita ille, qui ex Genuensi notat, quod in curia Archiepiscopali Neapolitanā in casu predicto seruatur, quod vīla sententia & processu iudicis sacerularis mādat curia exequitionem fieri contra Clericum, & ita hanc sententiam tenet Imola & Burrius in cap. postulatis, de foro competenti. Marianus Socinus in cap. 1. de manus pet. & me citato, nouissimè Antoni. de Marinis resolut. quotidian. cap. 53. num. 15. & 16. qui citat Lupon & Graffum.

## RESOL. LXXXIV.

An si adgit clausula de non alienando, possit fieri exequitio per sacerularē iudicem in predio specialiter obligato à laico, esti Clericus illud possidat? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 49.

§. 1. A ffirmatiū respondent docti Iurisconsulti Parladorus, & Auendanus, hic de exequitione mandatis part. 1. cap. 1. num. 33. ille rer. quot. lib. 2. cap. fin. 1. part. 5. 1. num. 11. in fine.

2. Sed aduersi Iurisconsultos Hispanos, alium Hispanum Iurisconsultum opponamus, is est Alfonso de Villadiego in politica! En los libelos en lo executivo num. 24. vbi sic ait. El censo que tuviere ésta clausula, tiene aparejada ejecución detchamente contra el tercero poseydot de la cosa hypothecada, y assi se ha determinado muchas veces en los tribunales Superiores, en tanto que aunque la cosa assi hypothecada pase a poder de algun clérigo, ó otra persona Ecclesiastica puede ser executada la cosa hypothecada, lo qual se entiende, y ha lugar pidien- dose la tal ejecución ante el juez Ecclesiastico, y no ante el seglar, el qual no podrá ejecutar el tal contrato contra el clérigo; porque aunque la venta, y engenación en este caso contra el pacto fue nulla, però en efecto ya pasó en el clérigo la posesión de la cosa hypothecada, de laqual no puede el clérigo ser despojado por el Juez seglar, ni citarse como es necesario para la venta, y remate de los tales bienes, y assi se deve hazer, ó citar, y hacer las causas con el deudor principal, y lo que á qui resuelvo en esto, es lo mas seguro, y lo que se practica y deve guardar in juzgando, & consulendo, & contraria opinio falsa est, & cum Romana Curiæ confessum numquam admisisse audio.] Ita Villadiego, unde pessime olim quidam Iurisconsultus affirmauam sententiam sustinere solebat.

## RESOL. LXXXV.

An index laicus possit etiam citare Clericum creditorem in confessione alicuius inuentarij. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 21. alias 20

§. 1. H ic casus est practicabilis: quia in confectio- res, & legatarij, de quorum præiudicio agitur. Aliqui igitur respondent, posse Iudicem sacerularem in tali facto, per edictum vel specialiter citare Clericum creditorem, dum non expressè citetur ad comparendum, sed cum illa conditione, & qualitate: Si sua putauerit interesse. Et ratio est: nam talis citatio non est vera, & simplex citatio; sed potius monitio, vt compareat, si voluerit; quæ de iure non supponit

iurisdictionem, & superioritatem; & sic non erit datum ad necessarium comparandum. Et ita docent communiter Iurisconsulti, quos citat, & sequitur Ceuallus tract. de cognit. per viam violentie, p. 2. q. 78. n. 3. & seq. Ioan. de Hevia in Curia Philipp. part. 1. §. 5. n. 31. Gironda de gabellis, p. 4. §. 1. num. 18. & alij.

2. Sed contraria sententiam docet Duardus in Bulla Caen., lib. 2. canon. 14. q. 11. num. 50. vbi sic afferit: [ Ecclesiastici non possunt tradi ad Curias sacerulares pro confessione inuentarij. Hinc hæres, cum vult hæreditatem adire cum beneficio legis & inuentarij, quamvis super illius confessione citandi sint omnes creditores, & legatarij; nihilominus si Clerici sunt, non possunt citari per Iudicem sacerularem illius loci, vbi bona hæreditaria sunt, vel vbi hæres domicilium habet; sed debent moneri per Iudicem Ecclesiasticum: quia Clerici non possunt compelli ad comparandum coram Iudice laico vigore generalis editi: Si sua putauerit interesse, quoniam ita citationes edictionales a iure communi sunt exorbitantes.] Ita Duardus quod antea docuerat Martha de iurisdict. part. 4. cen- tur. 1. cap. 38. n. 8. Et idem docet Bonacina de legibus, disp. 10. q. 2. pnnl. 1. §. 1. n. 27. Ambrosinus de immunit. eccl. part. 22. num. 73. & alij.

## RESOL. LX.

An index laicus possit citare Clericum ad exhibenda su- ra sua coram eo, quando eius debitor pergit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit be- neficium cessionis bonorum obtinere? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 23. alias 22.

§. 1. H ic casus frequenter in praxi potest accidere; & ideo dicam hinc, quid sentiunt Doctores. Affirmatiū sententiam docet Ceuallus tract. de co- gnitione per viam violentie, p. 2. q. 72. n. 3. Affilius de- cis. 280. num. 7. & ex nostris regnolis Mastrillus de- cis. 79. num. 5. cum aliis. Et ratio est: quia in tali casu Clericus non conuenit ut reus, sed provocatur ut actor, ad comparandum, & docendum de suo iure: neque in tali casu præiudicatur iurisdictioni Ec- chlesiastica, neque fit in damnum, & præiudicium Cleri, sed in eius utilitatem: nam, si reliqui cre- ditores recupererint sua debita, & ipse non compareat, & ostendat sua debita, remanet sine debito, & tenetur postea litigare contra ceteros creditores, intentando reuocatoriā coram Iudice laico,

2. At, his non obstantibus, contraria sententiam docet noster P. Duardus in Bull. Caen. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 53. vbi sic ait: [ Debitor laicus, per sensu admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, vel ad remissionem partis suorum creditorum, non potest trahere Clericum ad forum sacerulare: sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum: nisi debitor detineretur in carcerebus ad instantiam Clerici creditoris: nam tunc per viam reconventionis potest petere contra Cleri- cum admitti ab beneficium cessionis.] Ita Duardus. Et ita citam antea docuerat Martha de iurisdict. p. 4. cen- tur. 23. num. 9. & seq.

## RESOL. LXXXVII.

An index laicus possit cogere Clericum, quia spoliavit laicum suā possessione, ad illam restituendam? Ex part. 4. rr. 1. Ref. 74.

§. 1. A ffirmatiū responder Bobadilla in Politice, tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 193. vbi sic ait [ Quan-

A M 4 de